



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ**

**Roth von Schreckenstein, Hieronymus**

**Ingolstadii, 1550**

**VD16 R 3252**

Cui rescribit Iustinianus Imperator in haec uerba.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30126**

## ROMANAE ECCLESIAE.

dio edocti Ecclesiasticis disciplinis Romanae sedis Reuerentiam conseruatis, & ei cuncta subiicitis, & ad eius deducitis unitatem, ad cuius Auctorem, hoc est Apostolorum primum, Domino loquente praecipuum est, Pasce oues meas. Quam esse omnium Ecclesiarum uere caput & patrum Regulae & Principum statuta declarant.

I. Vides pie lector summam esse Imperatoris laudem conseruare Romanae sedis reuerentiam. II. Cuncta ei subiicere. III. Cuncta ad eius unitatem ducere. Proinde sequuntur praemia Imperatorum haec custodientium in hac uerba.

I. Hoc est quod uestrum firmat Imperium.

II. Hoc quod uestra regna conseruat. Nam pax Ecclesiae, Religionis unitas Autorem facti in sublime prouectum grata sibi tranquillitate custodit.

Nec enim parua ei uicissitudo a potentia diuina tribuitur, per quem nullis rugis Ecclesia diuisa secernitur, nullis insertis maculis uariatur. Scriptum est enim. Quia cum rex iustus sederit super sedem non aduersabitur ei quicquam malignum.

*Cui rescribit Iustinianus Imperator  
in hac uerba.*

**N**Os reddentes honorem Apostolicae sedi & uestrae sanctitati, quod semper nobis in uoto fuit, & est, ut  
G. iij. decet



## DE PRINCIPALITATE

debet patrem, honorantes uestram Beatitudinem, omnia quæ ad Ecclesiarum statum pertinent, festinauimus ad notitiam deferre uestre sanctitatis. Quoniam semper nobis fuit magnum studium unitatem uestre Apostolicæ sedis & statum sanctarum Dei Ecclesiarum custodire. Qui hæc tenus obtinet & incommotè permanet, nulla intercedente contrarietate. Ideoq; omnes sacerdotes uniuersi Orientalis tractus & subijcere & unire sedi uestre sanctitatis properauimus.

*Colligere pius Lector poterit  
ex hac Lege.*

- I. Imperatorem sedis Apostolicæ honorem reddere debere.
  - II. Summum Pontificem Romanum ut patrem honorare.
  - III. Omnia quæ ad statum Ecclesiarum pertinent ad Romanæ sedis noticiam festinanter deferre.
  - III. Unitatem Apostolicæ sedis et statum sanctarum Dei Ecclesiarum custodire.
  - V. Nullam contrarietatem in Ecclesia sustinere.
  - VI. Omnes Sacerdotes Romano Pontifici subijcere & properanter unire sedi Apostolicæ Romanæ.
- Quis potuisset breuioribus & sanctioribus uerbis officium Imperatoris, quo ad statum Ecclesiarum, exprimeret & præmia etiam Imperatorum proposita Imperatoribus unitatem Romanæ Ecclesiæ seruantibus?

Ex hoc